

1700.

1. Grossius, Carolus Tongius Ferdinander: De collatione bonorum Germaniae die Einverleibung der Thürker.
2. Guntherus, Iohannes Ernestus: Delia iuridica . . . publicis Banisterum Sacrum sistit.
3. Lobeck, Jak. Elias: De usq; persicam Saxonico.
4. Strit, Joannes Philippus: De jure non scripto ven Consacharinae

1701.

1. Bleymuller, Iohann Aurus: De valido societatis
2. Homborgius, Aurus: De belliis bellorophontes. 2 Band
3. A. Lilien, Melchior Lüttgen: De injuriis vs. Schmähen
oder Ehren-verleugn. den stoffleyzen
4. Lilien, Melchior Lüttgen: De usus fructu vni Meiß -
Brück - Frucht - Weiß oder Dulz - Rießung.

5. Meyer, Elias Chorograph: De eo, quod fortunatus circa
fiscalem maxime in processu inquisitoriae

6. Meier, Joh. Heurnius: De infamia justitiae

^{7. 1746} Meier, Joh. Heurnius: Declarationibus seu literis
informatoricis. Von abrigkeitlichen Bericht. Schreiber
3. Band. 1717 & 1746.

8. Meier, Joh. Heurnius: Supplementum iuris - partea, prius
legibusam testium iterum doxiderat

¹⁷⁴² ^{geminus} Meier, Johannes Benedictus: Thesaurus iuris - medicinae generalis.
¹⁷⁴⁶ Huppell, Charles Valentin: De causa et lectionem
majestatem ac et cunctis universalia

2. Lange, Gaspard: De eo, quod absconditum est
circa. interpretationem legum.

3. Meier, Joh. Heus: De reolutione, Wieder-Einzölung
4. Meier, Joh. Heus: De differentiis statutorum diffin.
tensionis circa ius commune in case successioneis.
5. Streit, Joh. Philippus: De mortaliis iure, juri dico, exhibet
varios libri de voluntationibus.
6. Streit, Johann Philippus: De eo, quod iustum est circa
exceptiōes under promotionem iuralem
7. Streit, Johannes Philippus: De his, que in praeclara lego
finunt.
8. Streit, Johannes Philippus: De recipione

594
1702, 1. 8
17

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA
DE
RECVRSV
AD
CAESAREAM MAIESTATEM,
VEL AD
COMITIA VNIVERSALIA,
Q V A M
IN CELEBERRIMA GERANA
PRO CONSEQUENDIS HONORIBVS ACADEMICIS
D. II. MARTII AN. MDCCII.
PROPOSUIT
CHRISTIAN. VALENTIN. Hæppell,
S. A. O. R. D. H. S.



LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA
MDCC XXXVL

DISSERTATIO IN AVOCARIAE IURIDICE

DE

REGARSA

AG

CAESARVM MAESTATEM

AVE AV

COMITIA UNIVERSITATIS

AVAM

IN CLEVEBRIMA GERMANIA
PRO CONSECRATIONE MONSIEVRAS ACADEMICIS
D. II MARTHI VN. MDCCII

TRADICAVIT

CHRISTIAN VALENTIN QAPPELL

2 VOLV DHE



PLATES

EX OFFICINA LAVAGNINI ETHEMIANA

MDCDXXXIX



PRAEFATIO.

Hli, qui rem Cameralem scriptis
illustrarunt, saepius mentionem in-
iiciunt, rei, quae ipsis vocatur,
*RECVRSVS AD CAESA-
REM, VEL AD COMITIA:*
Cuius autem figurae, formae, na-
turae, ac proprietatis sit, quae-
que in iure requisita habeat, non adeo facile
inuenire, obuium est. Fortasse sine adminicu-
lo Iuris Germanorum non scripti, styli, atque
exemplorum, in summis imperii tribunalibus,
Aula Caesarea, ac Comitiis, hactenus, et praecip-
rimis temporibus, statui moderno proximiorib-
ibus editorum ac comprobatorum, id plenarie
cognosci non potest. Benderus quidem de Reuis.
iam pridem in resp. 4. n. 3. euulgauit, Recursum
etiam

A 2

etiam fieri per Revisionem, vel supplicacionem. Sed haec tantum sunt duae species, Recursus ad Caesarem, vel ad Comitia, adhuc multo plura comprehendit. Etiam R. I. de Ao. 1654. §. 165. tantum habet, an Ort und Enden, wo es sich nach Inhalt derer Reichs-Satz- und Ordnungen gebühret, soll man über Cammer-Gerichts-Decreten und Urtheln sich beschweren dürfen. De loco ad quem, et de Constitutionibus, quae, ac quales sint? nihil dicitur. Blum. in Pr. Cam. tit. 30. §. 54. paucula tantum addit: Insuper §. 166. R. I. 1654. cum §. 15. §. 26. et 42. Cap. Leop. rem plus inuoluere quam explicare videntur. Tentaui ergo, ut consuetum specimen de hac materia componendo, simul eam plus contrahere, ac praemissa vocum necessaria explicatione, ac descriptione, bac quidem vice id tantum aliquantis per declarare possim: Quaenam sint causae, ac casus legitimi, in quibus Recursus ad Caesarem, vel ad Comitia fieri possit.

TH. I.

Descendit autem vox Recursus a verbo recorro, quod ICTis significat, Hülfe suchen, eine Sache anbringen, adeoque recursus ex horum mente nihil aliud significat, quam efflagitationem auxilii juris. Placuit forte huiusmodi appellatio, ob rationem compendii, et imitationis.

tationem, styli post Iustinianei, huiusmodi locutiones iurisprudentiae appropriantis Blum. Pr. Cam. t. I. n. 78.

T H. II.

In Recessu quidem Imperii 1654 Recursus eiusmodi accessum, qui ad praetense Superiorem, et quidem mediate fit, connotat, quod omnino cum deriuatione, repetitionem inferente, concordat. His tamen posthabitis, vocabulum Recursus, etiam de tali aditu, qui ad vere Superiorem, et ad eum immediate fit, de stylo recepto usurpatum, ac communiter de eiusmodi personis praedicatur, quae eminentem Magistratum gerunt, vel summa iuris dicundi potestate gaudent. R. I. 1654. §. 124. Rescript. Illustriss. Conf. Imper. Aul. In causa Mühlberger contra Speyer: *Dass man Klägern wegen des an Se. Käufersl. Majestät genommenen Recurſes nicht entgelten lassen solle.* Nob. Dn. ab Andler Conf. Imper. Aul. in iur. pr. publ. ac priu. l. I. t. X. n. 3.

T H. III.

Describo recursum ad Caesarem, vel ad Comitia vniuersalia: quod sit actus, quo pars ex causis legitimis contra grauamen sibi a parte, vel summis iudiciis illatum, cui libet negotio conuenienti modo, modo Caesaris solius, modo Comitorum vniuersalium sumnum atque ultimum iuris ac iustitiae auxilium humilime implorat.

T H. IV.

Patet ex dictis, quomodo quodlibet vocabulum in rubro positum accipiat. Peractum describo recursum. Quoniam vocabulum actus latissimae significationis est, et ad omnia pertinet, quae aguntur, ac geruntur, tam iudicialeiter, quam extrajudicaleiter. Actum autem puto tales, qui tam diu durat, donec sequatur autoritate Caesaris, vel Comitorum facta rei compositio. Ulterius: an ab Imperatore, vel etiam Comitiis peragenda rei discussio accurate

rate loquendo vocari possit iudicium? *Vid. Ziegler. in not. ad Grot. l. I. c. 3. §. 1. verb. qui iurisdict. imo vero nec poterit vocari alia instantia, licet recursus fiat mediate et in causis in summis iudiciis iam ventilatis.*

TH. V.

Partis etiam memini, ut significem, me hictantum de Recursu ad Caesarem, vel ad Comitia eatenus agere velle, quatenus est res partium. Non enim latet in iudicio Aulico Imperiali moris esse, ut ab ipsomet Consilio ex officio in plurimis, iam instructis, et adhuc tantum decidendis causis, fiat relatio ad Caesarem, quam speciem huic negotio meo non facio propriam. Requisui etiam partem grauataam, ut patefiat sine legitima causa petendi, beneficium recursus nemini proficuum fore.

TH. VI.

Grauamen autem solum rem per se non conficit, sed ulterius etiam, et quidem primario requiritur, ut imploratio fundetur super causa, a qua ius recurrendi ad Caesarem vel Comitia legitimate inductum esse probari potest. Has ergo legitimas causas merito requiro haud obscuro indicio, hic tantum primario agi de Recurso lito.

TH. VII.

Hae causae legitimae eo diligentius in hoc proposito sunt respiciendae, quo minus dubitandum, respectu summorum iudiciorum, praesertim Camerae Imperialis, recursum resp. ad Caesarem, vel ad Comitia vniuersalia, valde odiosum, imo punibilem, ac tanquam legi Ordinationis Iud. Aul. ac Cam. Imperialis derogantem videri.

TH. IX.

Conducibile erit brevibus harum legitimarum causarum fontes indicare: sc. quod vel in genere propullulent ex

ex Maiestatis summitate, vniuersalitate, ac plenitudine, specialiter circa causas iustitiae, vel nitantur legibus, tam scriptis, quam non scriptis, hunc vel illum casum determinantibus, ac inferentibus. Quo respectu Recursus ad Caesarem, vel ad Comitia vniuersalia, poterit diuidi, quod alius sit generalis, aliis specialis.

TH. IX.

Cum autem generalitas semper pariat obscuritatem, has causas legitimas in sequentibus specifice, ac ita per casus declarabo, vt a §. X. vsque XVI. praemittam non nullos, qui recursum ad Comitia vniuersalia fistunt, addam deinde in §. XVII. vsque XXIII. aliquos, qui ad solam Caes. Mai. recursum promouent, post haec, quoque quosdam apud §um XXIV. vsque XXIX. attingam, qui tam ad Caesarem, quam ad Comitia recurrendi arbitrium, ac locum concedunt. Vbiique talia exempla connumerata reperiuntur, ex quibus elucet, quod recursus fiat, vel mediate, vel immediate, mediate vel ab Aula Caesarea, vel a Camera Imperiali. Quoniam autem ex factis inter se arctissime connexis, imo quandoque iisdem, pro diuersitate loci a quo, aliarumque minutissimarum circumstantiarum, recursus saepissime diuersus inducitur, atque cohaerentia non bene patitur rerum connarum separationem, sub qualibet causa, seu facto indicabo, vbi tantum ob incidentem aliquam circumstantiam, mixta recursus species incidit.

TH. X.

Primus casus est paritas votorum iudicantium inter Status Romano Catholicos ac Augustanae Confessionis I. P. t. V. §. 56. Requiero autem paritatem quam aiunt in religione, non in numero. Haec enim iuxta expressa verba I.

P. re-

P. recursum remouet. add. R. H. R. O. t. V. §. 21. Ast quomodo hoc casu decisio erit facienda? Pronunciat I. P. iuxta Ord. Cam. sc. p. I. t. 13. §. weiter ordnen sc. Sub Statibus vbiique comprehendo nobiles Imperii immediatos iuxta I. P. Ast mediatis etiam cum Statibus concurrentibus, ultra I. P. dispositionem expressam id asserere nolo. Statibus interim recursus beneficium etiam hoc casu concedi non abnuo: Id praeterreundum non est, in Aula Caesarea pro formalii huius recursus praecise requiri vota disparia in sententia, disparitatem in causis decernendorum, vel de negandorum processuum, in solum Augusti placitum, ac Senatus arbitrium collocant. vid. nob. Dn. ab Andler in iur. pr. publ. ac priu. l. I. t. I. p. 2. n. 20. In Camera econtra angustiores limites sibi seruant iuxta Denais. Iur. Cam. t. 181. §. 5. et Decret. ib. den 23. Augusti 1659. in Sachen Burge meister und Rath der Stadt Speyer, contra Dechant und Capitel daselbst his verbis latum: Mögen Suppli canten ob Sie wollen vermög Osnabrüggischen Friedens-Schlusses Art. 5. §. 20. Visit. Cons. Aul. ihre Noth durft auf künftiger gemeiner Reichs-Berksammlung vor- und anbringen. Notandum adhuc in causis formandorum super exhibitas supplicas decretorum, quoad obseruantiam dispositioni huius §. 56. I. P. ex officio non adeo striete inhaereret. Optimum est, vt, qui causae suae deputationem parium iudicantium vel decernentium conducere fideat, id commonefieri faciat. Alias enim in hoc passu non adeo fiducialiter ex officio in omnibus causis obser uanda requiretur, prout quidem in casu sententiae ferendae expressum, et ab ipsa lege, iussum est, ibi remittuntor ad Comitia etc. Quod proinde etiam non attenta partis incauta responsione, nihilominus saluum et ex officio obseruandum esse puto. Porro eo usque processit Caesareae Mai-

Maiestatis erga vtriusque religionis ciues, clementissimus affectus, vt non solum paritatem iudicantium obseruandam, sed etiam id simul iniunxerit, vt vtriusque religionis detur Re- et Correferens R. H. R. O. t. 4. §. I.

TH. XI.

Secundus casus est dubium circa interpretationem Constitutionum Imperii eueniens. *Idem* §. 56. I. P. addat. t. 8. I. P. gaudeant. Beneficium hoc a multis quidem frequentatum, sed paucis salutare fuit. Plurimi enim dene-gata pro remissione vel recursu facta petitione, loco sperati leuaminis Mandata vel Rescripta de exequendo eo, maiori-s efficacie experti fuere. Stat nimirum penes summa Iudicia Imperii, et in specie Cameram Imperialem potes-tas ius dubium, iuxta ius commune interpretandi, ac ita statuendi, tam in meritis causae, O. C. p. 1. t. 16. §. 5. R. Dep. 1557. §. 5. quam in processualibus, R. I. 1654 §. 94. 34. et quidem adiuuando, informando ac nouum plane indu-cendo iuxta R. I. 1654. §. 94. & comm. decret. de anno 1659. den. 13. Decembri §. 5. quod antiquat praecepta in §. 94. et 95. R. I. 1654. An autem ita disposita continuo Status Im-perii obligent? haereo. Quae sit eorum opinio colligen-dum ex Rod. Pr. Cam. l. 3. t. 60. §. 51. cui addendum quod res a Dn. Frid. Carolo tum temporis Administr. Würtenb. ad Comitia relata fuerit. Quae ratio habeatur iuris diu non obseruati, exempla videri possunt in causis monetali apud Aut. Anon. in Omin. rer. in Comit. gest. ser. p. 1. §. 50. et 91. p. 2. §. 16. p. 3. §. 28. et seqq. pass. Opponunt non nulli R. I. 1600. §. Es haben Uns auch unsere ic. Ex quo volunt euincere, Camerae non licere sibi sumere interpretationem circa dubia Constitutionum Imperii. Sed di-ctus Rec. tantum de dubiis Cameralibus accipiens, de

B

quibus

quibus §. 153. R. I. 1654. sonat. Pro meliori rei explicacione, monendum breuibus. Dubia Cameralia, consulta Camerae, communia decreta Camerae, et Resolutiones dubiorum a se inuicem longe distare. Notandum etiam maioritatem votorum regulariter fieri in Camera Imperiali prout tradit Blum. *Pr. Cam. t. 75. §. 37.* in Aula Caesarea iuxta t. V. §. 17. der N. H. N. O. Utrobique res habet suas cautelas. Difficultas in eo esse videtur: An in hoc secundo et primo casu Domini Iudicis vel Praefidis votum rem decidat? Id dubium non nullis mouet, quod tali casu recursus beneficium, Statibus Imperii, et aliis optima ratione nouissimis legibus publicis quaesitum, inutile redederetur.

TH. XII.

Tertius casus collocatur in explicatione Priuilegiorum Caesareorum, cum Dn. Reinking. l. 2. cl. 2. c. 8. num. 40. de Reg. sec. et Eccles. Ipsam etiam quaestionem de vi et substantia priuilegii, pro Aula Imperatoria solum praetendit Dominus ab Andler *Iur. Pr. Publ. ac priu. l. 1. t. 4. p. II. num. 21.* consent. Dn. Vffenb. de Iud. Aul. C. X. Secl. I. subi. 3. pag. 87. num. II. Sed forte praxis Camerae per multas sententias Camerale apud Blum. et Dekheri. euincitur. Directo tamen vñquam ullum a Caesare impertitum priuilegium Cameram cassasse, exemplum reperiri posse non puto. Sed relinquo haec indirecete tantum hoc pertinencia. Pro thesi mea adhuc allego sententiam den 20. Octobris 1670. in causa Baden contra Nassau in Cam. latam das von Herrn Beklagten in Actis angezogene Moratorium dessen Erleuterung und Wirkung, so dann dessen von Herrn Klägern hierüber beschéhene Impugnation gehöriger Orten remittirende und weisende. add. Gylmann. voce restitutio et vestigal. Vbi in causa H. contra H. Mandati

dati s. c. de tollendo noua vectigalia, quatenus excedunt latis iam in Camera desuper (quod notandum) quatuor paritorii cum comminatione arctiorum, ad importatam Caesaream declarationem, daß von jedem Zug Ochsen darvon nach Gegenthil. anführen, Craft durchgehends recipirter Gewohnheit nur halb so viel, als von Pferden gegeben werde denen Pferden gleich gegeben werden solle, tandem partibus nolentibus acquiescere remissio ad Caesaream Maiestatem secuta est. Incidit hic in memoriam priuilegium, quo alicui concessum erat, daß Er weder vor dem Käyserlichen Reichs-Hof-Rath Kammer-Gericht noch einigen andern Gerichten, es wäre dann, daß Er von Käyserl. Maj. besonders be- rufen würde, zu stehen schuldig seyn solle. Celebre proposito exemplum recursus ad Caesarem per priuilegium inducti, si validum.

T H. XIII.

Quartum casum facit Reuifio contra sententias Cameraleas quae A. 1548. et 1555. ac per O. C. p. 3. t. 53. admissa per R. I. 1654. §. 124. seqq. confirmata, ac melius informata fuit, de quo ex professio Bender. de reuif. cui iungi possunt autores R. I. 1654. coaeui. De reuisionis reuisione leges silere puto, et quoque obseruantiam, licet non negem vsualem ac licitam esse secundae reuisionis petitionem. Nolo ta- men quemquam iniuste grauatum sine auxilio relinquere debere.

T H. XIV.

Quintum casum silit casus moderationis matriculae, ab initio in Comitiis deliberandus, Vffenbach de iud. Aul. Imper. C. XII. sect. 1. subi. 4. pag. 156. n. III. Ciuitati- bus imperialibus in specie promittendo prouidet. §. 184.

B 2

R. I.

R. I. 1654. De prudentia in hac re tractanda, adhibenda, videri potest Vffenb. C. 12. sect. 2. subi. 1. p. 163. Querelae communiter fundantur auf wenig Einkommen, Unvermögen und Schulden ic. Re adhuc dubia decernitur commissio et aestimatio fit praevia probatione ac cognitio- ne, init Vorleg und Durchschung derer Rechnungen und anderer dergleichen Nachrichten. Appellant deinde laesi a Commissariis, vel ad Cam. Imperialem R. I. de Anno 1548. würde demnach solcher R. I. 1566. §. was aber decisionem etc. vel ad iudicium aulicum, ob generaliter, hoc quidem passu, receptam concurrentiae regulam. Imo etiam ad Commissarium Imperatoris et ordinum Deputatos, eadem appellatio libera est, iuxta R. I. 1576. Im Fall dem ic. et R. I. 1582. §. Im Fall dann ic.

TH. XV.

Sextum casum exhibet Blum. *Pr. Cam. t. 25. n. II. 12.* Contendunt inter defectum expressae prohibitionis, an recusatio sit licita? Blum. quidem c. l. negatiue respondebat, rationibus tamen non omnino concludentibus. Res non una vice fuit meditata, ac quoque tentata fatente ipso met Blum. Mores Franciae in recusanda tota curia supra recenset Boerius *dec. 269.* Apud quem ergo euéniente recusationis casu causae proponendae, vel inhibitio petenda. Qua Cameram Imperialem hoc casu regulariter res ad Comitia pertinere videtur, salvo semper Caef. Mai. iure prouisionaliter de necessariis disponendi.

TH. XVI.

Septimus casus est iurisdictio in causis matrimonialibus, vinculum concernentibus, inter Protestantes, vel alias diuersae religionis. Praetermitto eas rationes, quas pro Caesarea Maiestate ex politica et fundamentis historicis M. Wil-

Wilhelmus Okam siue de Campo in libr. de iurisdictione Imperat. in matrimonialibus causis, et Marsilius Menandrinus de Padua, de eadem mat. duo Imper. Lud. Bau. coaeui consiliarii. afferunt. An ultra Commissionem zur Güthe in his rebus S. M. hodie aliquid concedere soleat? ignor. Praxin Cameræ Rod. monstrat, in *Pr. Cam. l. I. t. 31. §. 22.* duabus sententiis, quae egregiam speciem recursus per sententiam iudicis sub certo termino iniuncti adumbrant. Intermiscent ut plurimum, quod incidenter addo, prouidae coniuges, Mandata vel Rescripta ad recipiendum coniugem in consortium Matrimonii donec de causa legitime cognitum sit, et de praestandis alienis, sumtibus litis, quae ob diuersum fundamentum præprimis quoad praxin confessæ iurisdictionis politicae sunt.

TH. XVII.

Octauum casum ex *l. vn. C. quand. imper. inter pupill.* in causis immediatorum Dn. Rhet. adstruit in *inst. iur. publ. l. I. t. 12. §. 16.* Ulterius adhuc progreditur Blum. *Pr. Cam. t. 27. n. 187.* huic tamen Praxis Cameræ, ut puta Ordin. delicatissime inhaerens, in totum contraria. Procederet forte res, si S. Caes. Mai. precibus commoueatur, ut ipsamet vi iurisdictione Maiestaticæ, rei cognitionem ac definitionem suscipere velit. Non obstat. Cap. Leop. §. 15. ad hunc casum diserte priuilegiatum, et clausum, ut aiunt in corpore iuris, non pertinens.

TH. XVIII.

Nonum casum iudicium Personarum illustrium Statuumue imperii in causis criminalibus, excepta causa fractae pacis, producit. In his nunquam ab Austrægis iudicatum fuisse ex Lehmanno coniicitur *l. 7. Chron. Spir.*

C. 93. p. 908. ac clara sunt verb. const. Imper. apud Gold. p. 2.
 derer R. S. fol. 27. von allen Leuten, ohne allein
 Fürsten und andere hohe Leute, wo es geht an ihr
 Leib, oder an ihr Erb; oder an ihre Ehre ic. das
 wollen wir als Römischer Kaiser selbst richten. add.
 Dn. ab Andler l. 2. t. 5. n. 24. De nobilibus immediatis
 agit Dn. Rhet. inst. iur. publ. l. 4. t. 23. §. 2. Sit ita ut ad
 t. 2. §. 1. R. H. R. O. nonnulla reponi possint, de praxi
 tamen iud. aul. quoad immediatos non status attestatur
 Dn. ab Andler iur. Pr. Publ. l. 2. t. 3 n. 57. Volunt non
 nulli ex R.I. 1594. §. 68. distinguere: An in delinquentis pro-
 prietate, an alieno territorio delictum sit comissum bei Adel
unter Cent - Obrigkeit, oder auf ihren Schlössern und andern Cent - freyen eximirten Orten. His casibus
 etiam praxis paritorias dedit, in causis recenter pendenti-
 bus. Communiter pro assistentia Fiscalis implorant, ut
 ille in defendenda Caesarea iurisdictione semet illis asso-
 ciet. Sane quoad Status Imperii praesertim Principes, in-
 uiolabilitatis priuilegium, ac consortium dignitatis, iuri-
 umque obstat videtur, quo minus aduersus eos alterius
 territorii ordinaria iurisdicō hoc casū exerceri possit, nec
 Caesareae inuestiturae über die Centen subiiciunt hos ex-
 emtos (ut necesse erat) in specie, nec abdicant, iurisdi-
 ctionem Caesarem immediate fundatam. Iudicium de
 poena prudenter semper moderatur status reipubl. publi-
 cae, cuius intuitu etiam Caef. Mai. libere vnius alteriusue
 Principis sententiam audit, Dn. ab Andler iur. Pr. Publ.
 ac priu. l. 1. t. v. p. v. n. 3. seqq. Mediatorum causas crimi-
 nales exigentibus id specialibus circumstantiis, v.g. indo-
 mitiae seditionis, imbecillitatis ordinarii etc. etiam ad Cae-
 sarem pertinere testantur, Causae Monasteriensis Colo-
 niensis, ac Francosurtenses duae. Tales causae communi-
 ter

ter per Caesareas Commissiones cognoscuntur, ac compo-
nuntur, vid. i. §. 7. Cap. Leop.

TH. XIX.

Decimum casum dat beneficium supplicationis a
Caesarea Mai. ad iteratas Statuum preces contra senten-
tias iud. Aul. Imper. in I. P. t. V. §. 20. verb. *quoad Process.*
R. H. R. D. t. V. §. 6. clementissime admissum Suppli-
cationis supplicationem, vel supersupplicationem, pu-
to non admissibilem, ac illegitimam. Nec iuuat forte
contrariam sententiam praeiudicium apud Vffenbach. *de*
iud. Aul. C. 23. secl. 4. p. 272. in fine. Similiter aduersus
decreta processuum aliasque meras interlocutorias, vt pu-
ta ad iustiorem cognitionem semper retractabiles suppli-
cationem, ac reuisionem superuacuam ac illegitimam iu-
dico. Constat potius in Aula Caesarea adeo benigne ho-
die procedi, vt etiam grauati contra sententias citra solen-
hem supplicationem effectu intermedio per modum sus-
pensionis aliquando adiuuentur.

TH. XX.

Vndeциmo Quaeritur an die Staats-Iustiz operetur
recurrsum? haec in malam partem alias obiecta, atque expli-
cata fuit, etiam in publicis scriptis, de quibus dicere non
conuenit. Aliam non agnosco, nisi quam recta ratio, et
leges de statu rei publicae conceptae dictitant. Vbi res, iura
belli, pacis ac regiminis etc. concerneret, vel etiam emolu-
lumentum Imperii maxime in rebus aduersis et dubiis in
considerationem veniret, Maiestas, ac Caput rei publicae
cuius officio haec incumbunt, merito inuigilaret; Ad hanc
solum, iudicaria huc non tendente potestate, praetermissa
recurrentum. Pertinent huc Commissiones, quas S.
Caef. Mai. vi supremae potestatis in causis Status inter et
contra

contra Status Imperii immediate aliquando decernere solet, ab aliis Commissionibus Caesareis semper secernendae. Non minus faciunt huc ea, quae de Principe Wilhelmo Fürstenbergico inserta leguntur apud Lond. tom. X. act. publ. p. 139. Eodem modo in Sachen gesamter Bürgerschäfft zu W. contra Magistratum und Syndicum certum proditorem ciuitatis, flagrante cum Gallis bello betreffend, Camera decretum dedit: abgeschlagen, sondern mögen Supplicanten ob Sie wollen ihre Nothdurft bey Sr. Romisch-Kayserl. Majestät vorbringen. in Conf. den 13. Mai. 1677. Quousque autem aus Staats Absichten, recursus ad Caesaream Maiestatem in causis iusticiariis sit licitus vel prohibitius, exprimit Cap. Leop. §. 42. his expressis conditionibus, wenn was a) in iudicio contradictorio b) cum debita cause cognitione c) im Reichs-Hofrath ordentlich abgehandelt und geschlossen worden, das soll nicht von neuem in cognition gezogen werden. Respondit S. Caesar. Maiestas apud Lond. Collegio Electorali die einmahl also nach Gebühr abgehandelte Dinge ohne das nicht zu ändern, was aber ratio status und andere Umstände mit sich brächten, darinnen wolten Se. Kayserliche Majestät sich die freye Hand offen lassen.

TH. XXI.

Duodecimum casum dat Syndicatus incusatio contra eos, qui in ferendis sententiis Cameralibus malitiose versati fuerunt, instituenda. Hanc apud Caesarem proponi posse attestatur C. O. Cam. p. 3. t. pen. §. 14. Quae alias sic natura remedii Syndicatus contra sententiam, de eo videndum Paris de Puteo tract. de synd. et Dn. Textor. Disp. 13. th. 53. ad R. I. 1654.

TH.

TH. XXII.

Decimus tertius casus, et qui eum sequuntur usque ad finem omnes, ex summi iurisdictoris officio, potestate ac concessione promanant. Hoc intuitu liceret apud Caes. Mai. supplicare, ut causa aliqua Caes. Iurisdictioni subiecta, ad Cameram remittatur Blum. *Pr. Cam. t. 25. n. 44.* Quod superiori seculo nondum adeo stabilitis iudicij Aulici fundamentis, saepe factum, ac quaesitum fuit, ob varias rationes.

TH. XXIII.

Decimus quartus casus est: Posse partem apud Caes. Mai. in causis in Camera pendentibus humilime supplicare pro Rescriptis de promouenda iustitia, vel maturanda executione vid. Blum. *Pr. Cam. t. 25. §. 26. 27.*

TH. XXIV.

Decimum quintum casum ius auocandi largitur, qua Cameram Imperialem, auocationes contra eam impune praeprimis in Comitiis, etiam hodie peti, ac impetrari posse puto. vid. Blum. *Pr. Cam. t. 25. §. 24.* quid Imperator hic remiserit? Docet Cap. Leop. §. 42. quod tamen tantum de causis ad Cameram pertinentibus accipiendum. Exemptas enim receptas tamen (si quidem casus contingere) Imperator sine dubio auocare posset. §. 166. R. I. 1654. expresse loquente, von Sachen, die dahin erwachsen. vid. Reink. *Regim. sec. et eccles. l. 2. d. 2. c. 14. n. 20.* Stylus ita ferre videtur, ut hoc casu recursus ad Caes. Mai. mediantibus humilimis petitionibus pro Rescriptis inhibitoriis et resp. auocatoriis fiat, imo potest rebus ita exigentibus, etiam arctioris rescripti petitio suscipi. Dn. Vietor in dec. Waldeck. rel. 18. n. 25. et licet concedam §. 166. R. I. 1654. etiam de mandatis, quae aduersus contrariam partem pe-

C

tuntur,

tuntur, ac decernuntur, intelligendam, ac etiam ibi prohibitam esse: tamen hoc casu hac §. non obstante, nihil minus contra ipsam partem causam iurisdictione Camerali exemptam, eo trahere conantem in Aul. Caef. Mandatum vel Rescriptum potest peti, de non trahendo causam ad forum incompetens, neque ibi vterius prosequendo etc. Exemptione autem adhuc dubia existente, nescio an non Imperatori, causae decisionem sibi repetenti, deferri consultius aestimari debeat? Qua de re in causis appellacionum facile exempla occurrere possunt, siquidem ab una sententia ambae, vel duae, aut plures partes una ad Aul. Caef. altera ad Cameram Imperial. appellassent. Aliam auocationis specimen habet Cap. Leop. §. 24. Quoad aulicum iudicium S. Caef. Mai. iuxta Cap. moderatum retinet arbitrium, cestantibus hodie querelis, ante I. P. moueri solitis.

TH. XXV.

Decimus Sextus casus est supplicatio apud Imperatorem, vel Comitia, in causis in Camera non dum receptis eo tenore interponenda, ut illae causae recipiantur. Factum hoc in causa Mühlberger contra Speyer. Vbi processus primo denegati, postea vero cum actor, ad Caef. Mai. supplicasset, et causa cum additamento, ut supplicant iustitia administraretur ad Cameram remissa, processus, emergentibus forte aliis circumstantiis, ut petiti non solum decreti, sed etiam non multum post impetrans totius causae viator conspectus est, qui antea decreto extra iudiciali totius causae iacturam passus fuisse videbatur, vid. Dekherr. Sent. Cam. n. 637. Neque huic obstat §. 166. R. I. 1654. verb. einig Gebot u. Mandat etc. Respondetur enim ibi non

intelligi, gebot pro promouenda, sed pro impedienda iustitia verb. und die Sache dadurch ins stecken gebracht. sc. Illa licita in Reichs-Sitzungen et congruum officio Imperatorio in §. I. Cap. Leop. descripto. Excepta ergo sunt in §o 166.

TH. XXVI

Decimus septimus casus similiter causas, non dum in Camera receptas, concernit. Quo scilicet quaeritur: an in illis prohibitio procedat, ne recipiantur in Camera. Haec ad ea, quae de auocatione modo dicta sunt, merito reuocantur. Id tamen singulare est, quod e. g. in moratoriis aliquaque Caesareis, similis effectus Priuilegiis, Camere inhibeat, ne processus contra eam decernat, vid. Dn. ab Andler l. 2. t. 3. num. 40. iurispr. publ. ac priu. vbi simul refert Principes in Comitiis 1670. Imperatorem rogasse, an dem Cammer-Gericht Vermittelung zu thun, das N. N. bey seinen hergebrachten Gerechtigkeiten erhalten werde, sc.

TH. XXVII.

Decimus octauus casus est; quo quaeritur: An liceat in pendentibus causis Cameralibus supplicare pro inhibitione, v. g. ne executio fiat, ne ulterius procedatur etc. quoad regulam lex prohibitiua in §o 166. R. I. 1654. satis clare expressa est; Verba sunt anderwerts soll vergleichchen Verbot außerhalb der in Reichs-Sitzungen und gegenwärtiger Verordnung selbst zugelassener Rechts-Mitteln nicht ausgewirkt, noch die Sache sonst in einigen andern Weg ins stecken gebracht werden. Veruntamen Imperatori in casibus specialibus, et exceptis, etiam hic non omne arbitrium est denegandum. Siquidem singulares causarum circumstantiae id suadeant, v. g. salus publica,

publica, maioris mali metus, damni imminentis auersio. Nec Status Imperii dissentunt, attestante id Rescripto Caesareo, von Suspension derer Religions-Sachsen. Ut pateat, talia argumenta causarum Patronis, ac solicitatoribus, non esse aliena, prouoco ad Rod. l. i. t. 3. num. 25. Vbi talia quidem improprie ad auocationem referuntur. non obstat etiam §. 26. Cap. Leop. de regula intelligenda, non de casu, vbi salus publica in discrimen venit, quo casu iustitia vera nicht administrirt würde. Eodem modo accipienda §. 166. R. I. 1654. Salus enim reipubl. suprema lex esto. Et cedunt priuata publicis. Iuxta Capitulationis §. I. Maiest. Caef. clementissime promisit, in dem Heil. Reich Fried Einigkeit und Recht mit und neben einander zu erhalten. Comitiorum potestas in inhibendo Camerae Imperiali multo clarior et acriter asserta est, in Comitiis 1641. apud Lond. tom. V. l. I. C. 110. pag. 356.

TH. XXIX.

Decimus nonus casus memoratur: Nonnunquam partes tales petitiones formare, ut Camera Imperialis ad Imperatorem referat, de cause statu, ac quando pronunciatura sit, quod quatenus impetrari possit, vid. Blum. Pr. Cam. t. 25. num. 22. et Rod. l. i. t. 3. num. 23. 24. ibique alleg. praeiud. Card. contra Herde, Essen contra Pfalz N.

TH. XXIX.

Vigesimus casus quaerit: An per Decreta Processuum Cameralium denegatoria grauati habeant beneficium recursus ad Caef. Maiest. vel ad Comitia? Sunt Decreta huiusmodi denegatoria vel simplicia, abgeschlagen, vel vteriora, e. g. läßt man's bei vorigem Decret noch-mahls bewenden, und soll sich Kläger fernerem Supplicirens enthalten, vel adhuc vteriora, läßt man es noch-

nochmahl , und endlich , bey vorigem Decret bewenden , und soll sich Kläger bey Straff nach Ermeisigung ferneren Supplicirens enthalten . Olim quidem vigentibus adhuc Visitationibus , Visitatores Camerae totius Imperii nomine propositas super denegatis processibus audiebant querebas , statuebantque pro re nata . Conf. Blum . t . 24 . § . 36 . Pr . Cam . Sed ultra seculi spatium iam intermissae visitationes in suspenso haerent , et quemadmodum Comitia non repudiabunt iuste supplicantis querebas , ita etiam audiri apud Caef . Mai . debite supplicantes , non minus latet , loquente antea iam allegato exemplo Mühlberger contra Speyer . Ex quo etiam infertur cecidisse omnes poenales processus , quorum meminit Blum . t . 25 . § . 54 .

TH. XXX.

Plura addi desiderantur v. g. controversiae super feidis Regalibus ; appanagio ; interpretatione literarum inuestiturarum Caesarearum , collectarum materia ; iuribus pallii ; mensibus Papalibus ; iure Patronatus ; decimarum ; inter et contra protestantes in petitorio , religione ipsa , materia fori , in controversiis quas Reges ac Principes extranei cum Principibus Imperii , et contra eos habent ; item quaestione : quae , ac qualis iurisdictio in Imperio , pro exteris citandis sit imploranda ? An contra reuisionem etiam detur recursus ad Caesarem vel ad Comitia . Sed relinquenda haec sunt ob prolixitatem hac vice minus grata , tenuitatemque temporis vltioris morae impatiens . Alios casus , quos leges publicae non aperte tangunt , ac nominant , sponte omitto , non ignarus , neque politicam neque iurisprudentiam hoc officium a me exigere velle , vel posse . Quibus lubenter morem gero , ac ita subsisto .

C 3

POSIT.

POSIT. MISCELL.

I.

Commissiones Caesareae bodie in respectu ad Cameram Imperialem indifferenter iuxta veterem Cameralis Iurisprudentiae statum, ac Periodum Gylmannianum censeri plane non possunt.

II.

Verum est regem captum regnum posse cedere; nec id falsum, regem captum, regnum non posse cedere, id vero simplicissima veritas est, regem captum posse regnum non cedere.

III.

Non est quidem a Praxi alienum, obligari subditos, Kraft rechtmässigen Herkommens, ad contribuendum Domino zu Unterhalt- und Fortsetzung derer über das Reichs und Craß-Contingent getroffenen Neben- Allianzen. An autem secundum Constitutiones Imperii pro talibus collectis eadem remedia et processus dentur contra subditos, quae dantur pro Collectis Imperialibus? et an subditi, volentes desuper querelas mouere,

*mouere, etiam a limine iudicij sint repellendi, nec
facile audiendi? fere non affirmauerim.*

IV.

*Heredis institutio in uno nummo facta, plus
valet, quam legatum centum talerorum.*

V.

*Non semper necesse est, ut, ad consequen-
dum id, quod sua priuatim interest, pars contra
partem actionem peculiarem instituat et profe-
quatur, sed iudicis officium nobile aliquando ipsi
subuenire valet.*

VI.

*Quoniam consuetudo prouinciarum leges
contrarias vincit, ideo illarum scientia legibus
praeferenda.*

VII.

*Bona Ganerbinatus per se et simpliciter
non sunt inalienabilia?*

IX

IIX.

*Qui Virginem mulierem appellat nihil a de-
coro, vel vero alienum committit.*

IX.

*Non insolitum quidem est, vt in loco quo-
dam alius habeat Ius Centenae (die Criminal-Ges-
richtbarkeit) alius ius aggratiandi, sed merito ve-
rendum est, vt hoc casu iurisdictio criminalis non
in omnibus et semper effectu suo gaudere possit,
nisi certus modus positus fit.*

X.

*Illa literarum inuestiturarum verba, qui-
bus Domini feudum vocant ihr Eigenthum non
sunt sine emphasi et significantia singulari.*



ULB Halle
001 608 150




3

56.

VOL 17





1702, 18
17

DISSERTATIO INAVGURALIS IVRIDICA
DE
RECVRSV
AD
CAESAREAM MAIESTATEM,
VEL AD
COMITIA VNIVERSALIA,
QVAM
IN CELEBERRIMA GERANA
PRO CONSEQUENDIS HONORIBVS ACADEMICIS
D. II. MARTII AN. MDCCIL.
PROPOSIT
CHRISTIAN. VALENTIN. Häppell,
S. A. O. R. D. H. S.



LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA
MDCC XXXVI.

